

R. Priebisch in Zs. f. d. A. 38 (1894)

S. 19f.

Hic est de pervinca.

In prima luna cum ad vesperem stit (sic) accipe parum auri et aliquantulum argenti et crustam panis tritaci ad mensuram digiti et parum salis addis et omnia subpone et dimitte iacere sub radice pervince et veniens ad eam ante ortum solis dicens: In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. O pervinca, patrem et matrem occidisti, Romam ambulasti pacatum delesti et portas intrasti per hostium (sic) exivisti. Propter hoc tibi dico, ut vincas omnes homines, clericos et laycos, potestates masculinas et feminias, et cum veniam ad pallacium omnes sint mihi placiti, qui mihi nocere volunt; quamdiu te mecum portauero semper me amant omnes homines et femine ante et retro. Vincas etiam omnes inimicos meos mihi mala volentibus (sic) vincasque potestates masculinas et femininas et omnes gentes et totam orbem terrarum. Vinca ideodiciis (sic) et omnes karactheres, vincas et omnes homines, viros et mulieres, malum indicentes et malum dominum et malam dominam.

Super ripam riue sorores sedebant pervincam manibus tenebant carmina reuoluebant sed nesciebant pre mala domina, quam habebant. Tunc supervenit sancta maria et dixit: super ripam riui tres sorores sedent. Respondit una: pervincam sendens (l. sedentes) manibus tenemus carminare eam nescimus.

Tunc sancta maria respiciens videt ihesum stantem et dixit: Ihesus fili karissime, hanc pervincam mihi carmina. Ihesus xpus ut audivit, dextera sua manu benedixit, dextero suo pede calcavit, dextera sua manu signavit, dextera sua manu benedixit, dextero pede calcavit et dixit: O pervinca benedicta sis super omnes herbas, sis hoc carmine carminata, ut ad omnes res faciendas sis bona. Si quis te in nomine meo portauerit, sit securus in omnibus locis ubicumque ambulaverit. In nomine patris et filii et spiritus sancti domini nostri ihu xpi adiuro te herba vulgari-ter appellata pervinca quam in manu mea teneo eo